Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



255

ut euangelium predicans sine sumptu ponam
euangelium ut non abutar potestate mea in
euangelio Nam cum liber essem ex omnibus
omnium me seruum feci ut plures lucrificarem Et
factus sum iudeis tanquam iudeus: ut iudeos lu
crarer: his qui sub lege sunt: quasi sub lege
essem: cum ipse non essem sub lege: ut eos qui
sub lege erant lucrificarem his qui sine lege
erant: tanquam sine lege essem cum sine lege
dei non essem: sed in lege essem xpi: ut lucri
facerem eos qui sunt sine lege factus sum in
firmis infirmis: ut infirmos lucrifacerem
Omnibus omnia factus sum: ut omnes saluos
facerem Omnia autem facio propter euangelium
ut particeps eius efficiar: in xpo iesu domino no
stro Alia habebunt usque sedis sterqueus iesus proca

Vt. Dixit d. r. d. b. sm matth Gratias saluatori

Facilius est camelum per foramen acus tra
ire: quam diuitem intrare in regnum dei Qui
ad mirabantur magis: dicentes intra semet
ipsos Et quis potest saluus fieri Et intu
ens illos iesus ait Apud homines impossi
bile est: sed non apud deum Omnia enim
possibilia sunt apud deum Et cepit petrus
dicere Ecce nos dimisimus omnia: et secuti
sumus te Et respondens iesus ait Amen
dico uobis: nemo est qui reliquerit domum
aut fratres aut sorores aut patrem aut matrem
aut filios aut agros propter me et propter euan
gelium qui non accipiet centies tantum nunc
in tempore hoc domos et fratres et sorores